ARS GRAMMATICAE IAPONICAE LINGVAE.

IN GRATIAM ET ADIVTORIVM eorum, qui prædicandi Euangelij cauſa ad Iaponiæ Regnum ſe voluerint conferre.

Compoſita, & Sacræ de Propaganda Fide Congregationi dicata à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum per aliquot annos in prædicto Regno Fidei Catholicæ propagationis Miniſtro.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

ROMÆ,
Typis & impenſis Sac. Congr. de Propag. Fide.
MDCXXXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur ſi placet Reuerendiſſ. P.M.S.Pal.Apoſt.

A. Epiſc. Vmbriaticen. Viceſg.

Imprimatur

Fr. Nicolaus Riccardius S. Pal. Apoſt. Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

Digitized by Google

PROLOGVS AD LECTOREM.

Et aduertentiæ aliquæ pro Iaponicæ linguæ perfecta pronuntiatione.

ETſi quondam à principio plantationis Orthodoxæ fidei noſtræ iu Regno Iaponico, compoſita fuerit quædam ars grãmaticæ linguæ prædictæ a P. Ioanne Rodriguez Societatis Ieſu; quia tamen raro res in ſua prima conditione perfectæ lumen aſpiciunt, & aliàs, ob temporum diuturnitatem, vix aliquam copiam prædictæ artis eſt iam inuenire: Viſum eſt mihi, aliquale Deo, & miniſtris fidei propagationis (quæ ſine linguæ inſtrumento non poteſt eſſe) obſequium præſtiturum, ſi extractis ab arte prædicta neceſſarijs (ſunt enim multa) & relictis, quæ peritis in prædicta lingua talia non probantur; additis etiam ijs; quæ experientia, & vſu, lectioneque continua librorum, Deo largiente (qui dat verbum Euangelizantibus) ſum adeptus, in compendium elarè, & ſub breuitate redigerem præcepta omnia quæ ad eruditè vtendum lingua Iaponica, prædicatoribus (pro quibus labor eſt aſſumptus) ſunt neceſſaria. Quia verò ſimul cum præceptis, & regulis, expedit exempla, in quibus prædictæ regulæ verificantur ponere; libuit etiam ad maiorem diſcipulorum conſolationem & iuuamen non ſolum hoc; ſed etiam exemplorum omnium declarationem in lingua Latina (quæ inter Theologos eſt cõmunior) adiungere, quo nihil a magiſtro reſtet amplius deſiderandum. Etſi verò ea omnia, quæ tam in hac arte; quàm in Dictionario (quod, Deo dante, quanto citius in lucem edere geſtio) continentur meo iuditio ſint ſatis limata, & ſecura, quibus fiducialiter quiuis vti poteſt; Examini tamen, & iuditio meliùs ſentientium ſubiecta eſſe volo, vt fidei prædicatio ab eruditiore lingua, fructuoſior euadat.

Quando duæ vocales immediate coniunguntur in aliquo vocabulo linguæ Iaponicæ; non pronunciantur ſicut in Latina valeo, aut in Hiſpanica vaca *, ſed vtraque integra per ſe profertur,* v,a; v,o; v,i.

Litera, s, *pronunciatur ſicut,* ſç, *v.g.* ſuſumùru , ſçuſçumùru.

Litera, j, *prouunciatur blande, ſicut in lingua Luſitanica* joaõ, &, judeo.

Litera x, *pronunciatur etiam blande ſicut in lingua Luſitanica* queixumes.

Quando ſupra literam, o, *fuerit hoc ſignum* ^ *pronunciatur*, ô, *ac ſi eſſet*, ou, *labijs quaſi iunctis, & ore penè clauſo. v.g.* búppô.

Quando verò ſupra o, *fuerit hoc ſignum*, v, *vel*, ó, *pronunciatur ore aperto, & ac ſi eſſent duæ literæ*, oo, *v.g.* tènxó, *vel* gacuxŏ.

Si vero prædicta ſigna, fuerint ſupra ú, *pronnntiatur* ŭ, *detentum, ac ſi eſſent duo, v.g.*, Tàiſu, Aiaŭ.

Quando fuerit hoc ſignum - *ſuper aliquã literam ex vocalibus debet proferri ſicut*, n; *ſed non in integrum, ſed curſim & leniter v.g.* vãga.

Qe, &, qi, *ſcribuntur abſque*, u, *quia quando*, u, *ſequitur poſt*, q, *vel poſt*, c, *utraque integrè pronunciatur abſque ſinalepha v.g.* quõdai, quãinin:

Quando poſt, g, *ſequitur*, u, *& poſtea immediatè alia vocalis* e, *vel*, i, *pronunciatur ſicut in lingua Hiſpanica, v. g.* guenin; *ſi vero litera*, i, *ponatur immediate poſt*, g, *abſque*, v, *pronunciatur ſicut Italicè, giorno, v.g.* Xitãgi.

Litera, z, *pronunciatur ea vi, qua in lingua Hiſpaniæ, Zumbar, v.g.* mizu.

Si verò fuerint duo, zz, *violentiùs feriuntur. v.g.* mizzu.

Quando fuerint duo, tt, xx, zz, qq, cq, ij, pp; *vtrumque opportet ferire vt ſit perfecta pronunciatio, & vis ſignificationis percipiatur: nam v.g.* mizu, *ſignificat mel; &* mizzu, *ſignificat aquam: vnde ſi eadem, vel violentia, aut lenitate vtrumque pronunties vel aquam tantum, vel mel ſolùm tibi proferent.*

Quando, ch, *anteponitur vocali, pronunciatur ſicut Hiſpanice, chimenea. v.g.* focho.

Si verò, nh, *anteponatur vocali, pronunciatur ſicut Hiſpanicè, maña, v.g.* nhũva.

Litera, f, *in aliquibus Iaponiæ prouincijs pronunciatur ſicut in lingua Latina; in alijs autem ac ſi eſſet*, h, *non perfectum: ſed quodam medium int* r, f, *&*, h, *os & labia plicando & claudendo, ſed non integrum, quod vſu facilè compertum erit: v.g.* fito.

Quando, tç, *in aliquo vocabulo fuerit (quod eſt valde frequens) orare debet diſcipulus Deum, vt ei venas pronuntiationis aperiat* quia

Digitized by Google

quia eſt difficilis, & in nulla lingua alia, eſt talem pronuntiationem inuenire: non enim pronunciatur ut tç, *aut ut* ſ, *uel*, c, *ſolùm, ſed uiolenter percutiendo lingua dentes, ita ut utraque litera, &*, t, *&*, ç, *& plus*, ç, *quàm*, t, *feriri uideantur. u.g.* tçùtçùmu.

Litera, r, *pronunciatur blandè & leniter ubicumque inueniatur, ſiue ſit in principio, ſiue in medio uocabuli; u.g.*, ranguió, curabirùru.

Ya, ye, yo, yu, *pronunciantur ſicut in lingua Hiſpanica.*

Quando à Iaponijs pronunciantur uocabula finita in, i, *uel* v, *uix percipitur litera finalis a tyronibus. u.g. qui audit*, gozàru, *putat ſe audiuiſſe*, gozàr, *& qui audiuit* fitòtçu, *credit ſe ſolum audiuiſſe*, fitòtç, *& cum audit*, àxino fàra, *percipit ſolum*, àx no fàra.

Quando uocabulo finito in uocali ſubſequitur incipiens in conſonanti, præcipuè ſi ſit, b, *uel*, ſ, *inter ipſam uocalem, & conſonantem, pronunciatur litera* n, *ſed non perfecta; ſed lenis. u.g.* lònõgotòqu.

Circa uocabulorum accentus magnam adhibui curam, ut illos ſignis ſuis proprijs locis ſupra literas in quibus accentus fieri debent, adaptatis, ſenſus & ſententia loquentis percipiatur. u.g. qèi xèi, *habet accentum in utroque*, èè. fibicàxi, *habet in prima*, i, *& in*, a, *& idem in dictionario ſeruabitur ordo, notando accentus ea perfectione, qua ſumma cum diligentia potui percipere, ſi in aliquo ſum deceptus, paratus ſum corrigi; ea uerò quæ diminute fuerint dicta, uel defuerint, tam in arte; quàm in dictionario; cum facile ſit addere, à doctiore ſupplebuntur, qui tertiam artem, & ſecundum dictionarium aggredietur: ego enim ne à patre familiàs & Domino Deo noſtro reprehenderer; talentum nolui habere repoſitum in ſudario, ſed duobus, alia ſaltim duo ſuperlucrari, & cooperari ſaluti Iaponiorum; non ſolùm prædicando, ſed præbendo prædicatoribus, ſi poſſem inſtrumenta linguæ, & præcipuè modo ut poſſint illam extra Iaponiam addiſcere: cum propter inſtantem perſequutionem in Iaponia uix ſit hoc poſſibile. Vale & uiue felix lector. Matriti die 30 Aug. Ann. 1631.*

IN

Digitized by Google

In hac arte Grammaticæ ſeruauimus ordinem, quem peritus Antonius Nebriſſenſis, & alij ſeruarunt in ſuis linguæ Latinæ, per partes; videlicet Orationis, nempe Nomen, Pronomen, &c.

De nomine & eius declinatione, & genere.

IN *lingua Iaponica non ſunt declinationes per caſus ſicut in Latina, ſed ſunt quædam particulæ, quæ poſtpoſitæ nominibus, caſuum; differentias conſtituunt in omnibns nominibus, tam appellatiuis, quàm proprijs. Quæ conſtituunt nominatiuũ, ſunt quinque*, va, ga, càra, no, iòri. *Particula*, va, *poſtponitur quando quaſi reduplicatiue, ſeu ſpecificatiue volumus explicare rem vel perſonam ſignificatam per tale nomen; ſiue ſit primæ, ſiue ſecundæ, vel tertiæ perſonæ. v.g.* Và tacùxi và mairànu, *ego, vel, quod ad me attinet, non ibo. Particula*, no, *poſtponitur ſecundis & tertijs perſonis, & præcipuè ſi ſint inferioris ordinis; & quando in oratione eſt aliquod relatiuum, quod non denotat actionem tranſitiuam. v.g.* Sònàta no mǒxita còto, *id quod tu dixiſti. Poſtponitur etiam particula*, no, *quando aliquid indefinitum dicitur. v.g.* iiè no àrucà miió, *vide ſi ſint domus. Particula*, ga, *poſtponitur regulariter primis & tertijs perſonis inferioribus, & etiam ſecundis quando ſunt etiam infimæ vel humiliantur. v.g.* Pedrǒga qita, *Petrus venit. Solent etiã hanc particulam poſtponere quando aliquid indefinitè volunt dicere, ſicut dictum eſt de particula*, no: *v.g.* còco ni và iiẽgà naicà? *non ſunt hic domus? & ſi in oratione ſit relatiuum non dicens actionem tranſitiuam, ſi referat rem inferioris & humilis ordinis, poſtponitur etiam particula*, ga: *v.g.* ſorẽgàxĩ ga càita fumi, *Epiſtola, quam ego ſcripſi*, ſòchĩga iùta còto; *quod tu dixiſti. Particulæ*, càra, *&* iòri, *poſtponuntur & faciunt nominatiuum quando oratio dicit actionem tranſitiuam, & præcipuè ſi eſt oratio relatiui. v.g.* Deus iòri cùdalàrèta gracia, *gratia, quam Deus dedit.* Tòno càra còre vo vôxe tçuqeraréta, *Dominus hoc præcepit. Aliquando etiam nomina ſunt in caſu Nomina-*

minatiuo abſque aliqua particula. *v.g.* Pedro Ioaõ vo iòbarèta, *Petrus uocauit Ioannem. Genitiuo ſunt duæ particulæ*, *videlicet* no, *&* ga. *Particula*, no, *ſeruit omnibus perſonis ſuperioris ordinis. v.g.* Padre no vō qirumòno, *Patris veſtis ſeu babibitus*. ga, *poſtponitur omnibus perſonis inferioris ordinis*. *v.g.* Pedrō ga fumi, *Epiſtola Petri*. ſo chīga mòno, *res tua*, àrē ga càne, *argentum illius*, Tòno vàiòcū ga fucài fito già, *Dominus eſt magnæ cupiditatis*, *ideſt valde cupidus*. *Aliquando etiam prædictis particulis genitiuum conſtituentibus poſtponitur particula*, to, *v.g* Pedro notodegozàru, *eſt Petri*. *Sed non eſt modus loquendi perfectus*. *unde melius eſt illo non uti*; *ponitur tamen ut auditus intelligatur*. *Quando uerò coniunguntur duo nomina ſubſtantiua ad faciēdum unum quaſi connotatiuum, non eſt neceſſaria particula genitiui*. *u.g.* còcuxu, *dominus regni*. *Secundum regulam tamen ordinariam deberemus dicere* còcu no xù, *& hic modus faciendi connotatiua abſque particula genitiui*, *eſt regularis in lingua Iaponica*. *u.g.* Maria còto, *res Mariæ*.

Datiuum conſtituunt duæ particulæ ſcilicet, ni *&* ie, *u.g.* Pedro ni móxita, *dixi Petro*. Padre ie āgue maraxità, *Patri dedi, uel obtuli*.

Accuſatiuum conſtituunt quinque particulæ, vo, vōba, va, ie, ga, *Prima uidelicet*, vo, *eſt uſitatior*: *u.g.* Pedro voiòbe, *uoca Petrum*, va, *utuntur quando uolunt in particulari explicare rem ſignificatam per nomen in accuſatiuo*, *u.g.* niffion guchi và Xiranu, *linguam Iaponicam neſcio*. *Particula*, vōba, *eſt idem quod*, vo va, *conuertendo ſecundam literam*, u, *in*, b, *ea uero utuntur ſicut*, va, *u.g.* fune vōba nòri ſutète; cane bacàri tòri maràxità, *relinquens nauigium: argentum ſeu pecunias tantùm accepi*; ie, *utuntur ad ſignificandum locum ad quem*: *u.g.* Roma ie mairō, *ibo Romam*, ga, *poſtponitur nominibus ſignificantibus res inanimatas*, *ſeu humiles*: *u.g.*, àre iē gozàre, mònō ga móxitaì, *accedas illuc*, *habeo enim tibi aliquid dicere*. *fit etiam accuſatiuum abſque aliqua particula ut in exemplo antepenultimo in quo ſecundum accuſatiuum eſt ſine particula*.

Vocatiuum conſtituit particula, icàni, *ſed non poſtpoſita nominibus ſicut & reliquæ*, *ſed antepoſita*: *u. g.* icàni qimi còre vò gorònjerarei, *uideas hoc domine*. *Regulàrius uerō fit uocatiuum abſque aliqua particula*: *u.g.* Padre ſàma qicàxeraréio,

audias

Digitized by Google

audias reuerende pater.

Ablatiuo ſunt tres particulæ, iori, càra, ni, *tertia ſcilicet* ni, *facit locum in quo*: *v.g.* igleſia nĩg ozaru, *eſt in eccleſia*: *aliquando vtuntur*, ni, *antepoſito*, no, *v.g.* ſònàtà nò nì Xiàru cà? *facis hoc tuum? vel accipis tibi? ſed hic magis videtur datiuum, quam ablatiuum. Particulæ* càra, *&*, iòri, *ſunt communiores ad ablatiuum conſtituendum*: *v.g.* Madrid càra màitta, *ex Matrito veni*, Pedro iòri coròſarèta, *occiſus fuit à Petro.*

Ad conſtituenda pluralia ſunt etiam quatuor particulæ, quæ poſtpoſitæ immediatè nominibus, illà pluralia conſtituunt, poſteà verò, ſequuntur particulæ poſitæ caſus conſtituentes. Prædictæ autem quatuor particulæ ſunt, tàchi, xu, dòmo, ra. *Prima particula ſcilicet*, tachi, *facit pluralia nomina ſignificantia res nobilis ordinis, & quas volumus honore aſſicere*; *v.g.* Tòno tàchi, *domini. Particula*, xu, *conſtituit pluralia nomina ſignificantia res nobiles quidem; ſed non ita ſupremi ordinis*: *v.g.* ſamuràì xu, *nobiles; qui non ſunt domini. Particula*, dòmo, *poſtponitur nominibus ſignificantibus res humiles, ſiue rationales ſiue viuentes ſenſibiles, ſiue inanimatas*: *v.g.* ſiàcuxõ dòmo, *agricolæ*, ixĩ domo, *petræ*, mmã dòmo, *equi. Particula*, ra, *facit pluralia nomina ſignificantia res viliſſimas, vel quæ deſpectui habentur*: *v.g.* Iudeora, *Iudæi. Pluralibus ſic iam per iſtas particulas conſtitutis, poſtponuntur particulæ caſus conſtituentes ſecundum orationum exigentiam*: *v.g.* tòno tàchi no còtõ dòmo vo varũ iũnà, *ne maledicas res dominorum.*

Aliqua etiam ſunt vocabula, quæ de ſe pluralitatem important: *v.g.* tòmõ gàra, *ſignificat homines*, Nàn bàn mòno, *res Europeas*, Nàn bàn mòno vo fomùru nà, *ne laudes res Eropæ*:

Particula verò icàni, *quæ, vt ſupra dictum eſt, facit uocatiuũ non poſtponitur pronominibus pluralibus iam factis; ſed ſemper anteponitur, particulæ autem facientes plurale poſtponuntur*: *u.g.* icàni Padre tàchi vo qiqì naſarèio, *audite reuerendi patres.*

Duæ uerò particulæ ex quatuor ſuprapoſitis, quæ faciunt plurale, ſcilicet domo, *&* rà *aliquoties ſunt ſingulariũ. uerbi gratia.* vare rà, *uel*, midòmo, *ego*: *aliquando etiam utraque ſimul inuenitur in ſingulari*: *u.g.* midomo ra, *ego*, midomo rã ga

meum

Digitized by Google

meum vel mei: poſtponuntur etiam prædicta particulæ, domo, *vel*, ra, *ſingularibus, vel quando volumus humiliare res ſignificatas: aut de ſucceſſu ſignificati per orationem non ſumus ita certi; ſed quaſi dubitamus: v. g.* farã dòmõ ga itài, *dolet mihi venter*, àſũ dòmõ và àru mài, *craſtina die non erit*, àſu rà và narõ mòde, *craſtina die forſitan ita erit*.

Particula, va, *poſtponitur nominibus tam ſingularibus; quàm pluralibus iam per particulas articulatis: v. g.* còcoiè va mairànu, *huc non veniat*, còco càra va dènu, *hinc non exiuit*, còco ni và iru mài, *huc non intrabit: aliquãdo etiam particula*, va, *ſupplet particulas articulares: v. g* ſunè - de ſàie iòiõ tçùita ni, cachi va nàcanaca nàru mài, *ſi nauigio vix perueni; pedibus, vel pedes, abſque dubio non perueniſſem. Hic particula*, va, *ſupplet particulam*, càra.

In iſta lingua Iaponica non ſunt etiam genera, maſculinum videlicet, femininum, & neutrum, ſicut ſunt in Latina; ſunt tamen aliqua nomina, quæ ex ſe ſunt, vel maſculina, vel feminina, quia ex ſua ſignificatione dicunt vel maſculum, vel feminam determinatè; ſunt etiã aliqua nomina ex ſe cõmunia duobus. Particula, vo, *ante poſita nominibus ſignificat maſculum. Particula verò*, me, *ante poſita ſignificat feminam in rebus, quæ non habent genera propria: v. g.* vo ì vo, *ſignificat piſcem maſculum*, mè ì vo, *ſignificat piſcem feminam:* vojica, *ſignificat caprum ſilueſtrem*, mè lìca, *ſignificat capream*, còma, *ſignificat equum;* zoiàcu, *equam;* xô, *ſignificat accipitrem maſculum;* dài, *feminam*, cotòi, *ſignificat taurum*, meùxi, *vaccam*. votòco, *ſignificat virum*, vonãgo, *vel* nhòbò, *vel*, vònna, *ſignificat mulierem. In dictionario omnia expreſsè ponentur, quæ ad memoriam venerint.*

In nominibus etiam adiectiuis, non ſunt genera, aut declinationes; ſed eadem particulæ illa conſtituunt, quæ ſubſtantiua. Sunt autem adiectiua multa, & diuerſa. Aliqua enim finiuntur in, ai, *alia in*, oi, *alia in*, ei, *alia in*, vi, *alia in*, ij, *alia verò, & quæ propriùs ſunt adiectiua, fiunt poſtpoſita particula*, no, *ſubſtantiuis. Quando quinque prima genera adiectiuorum ante ponuntur ſubſtantiuis, tunc videntur propriè adiectiua, & nihil mutant ad orationem componendam; quando verò poſtponuntur ſubſtantiuis, potius ſunt verba, & verborum coniungationes ſequuntur: v. g.* tacài iàma, *mons altus*, xĩ guei ìdeiri, *frequens*

Digitized by Google

introitus & exitus, caxicòi fito, *homo prudens*, càvaij mòno, *res miſerabilis*, Aiaùi còto, *res periculoſa*. Vmàre tçùqi nocùchi, *lingua naturalis ſeu materna. Sunt etiam alia adiectiua finita in* na, *quæ etiam ante poſita ſubſtantiuis, nihil mutant: v.g.* qirèi na còto, *res munda. Omnia verò adiectiua præter finita in*, no, *quando verbis præponuntur, mutant aliquid: finita in*, ai, *illud mutant in*, ó, *v.g.* còno iàma và tacô goràru, *hic mons altus eſt, & excelſus: finita in*, ei, *illud mutant in*, eô, *v. g.* còno iama va xigueô gozàru, *hic mons eſt denſus. finita in*, oi, *illud mutant in*, ô, *v g.* caxicô gozàru, *eſt prudens. finita in*, vi, *illud mutant in*, ú, *v.g.* xei no ficù gozàru, *ſtatura puſillus. finita in*, ii, *illud mutant in*, iú, *v.g.* caiū gozaru, *eſt pruriens, uel prurit, inter iſta uerò adiectiua finita in*, ij, *ſunt multa quæ ex uerbis procedunt: u.g.* nozòmi, u, *ſignificat deſiderare: ex illo uerò exit*, nozòmaxij, *quod ſignificat idem quod deſiderabilis, e; alia etiam procedunt ex nominibus: u.g.* varàmbe, *ſignificat puerum ſeu infantem: ex quo procedit* varàmberaxij, *quod ſiguificat id quod puerilis, e: alia reperiuntur in dictionario.*

Adiectiua uerò finita in, na, *quando anteponuntur uerbis, mutant*, na, *in*, ni, *u.g.* fuxìn ni zònzuru, *dubium reputo uel pro dubio habeo. Adiectiua uero finita in*, no, *conuertunt aliquando*, no *in*, na, *u.g.* bèchino fito, *conuertitur in*, bechina fito, *differens homo: & tunc ſi uerbum ſubſequatur, mutat*, na, *in*, ni, *u.g.* bechinī gozàru, *eſt differens. Senſus uero eſt idem ſiue finiatur in*, no, *ſiue in* na, *u.g.* bechi no fito no cùhi càra qijta, *eſt idem quod* bechina fito nocùchi càra qijta, *ex ore, uel ab ore diſtincti uel differentis hominis audiui. Et tantùm eſt differentia; quod finitum in*, no, *nihil mutat, quid quid illi ſubſequatur; finitum uerò in*, na, *mutat*, na, *in*, ni, *ut dictum eſt, ſi uerbum ſubſequitur. Si ad alia uero adiectiua ſequatur uerbum ſubſtantiuum, oratio eſt elegans: u.g.* còno iàma và tacô gozàru, *hic mons eſt altus; ſi uerò uerbum huiuſmodi non ſequatur, eundem facit ſenſum, quia adiectiuum includit in ſe uerbum ſubſtantiuum; ſed illo non utemur coram ſuperioribus, non enim illis audientibus, dicemus*, còno iàmà và tacài, *ſed dicemus*, còno iamà và tacô gozàru. *& ſic in alijs adiectiuis.*

Adiectiua uerò finita in, i, *aliquando; & ſi raró, illud conuertunt in*, xi, *uel* qu, *u.g.* ioi, *quod ſignificat, bonus, a, um. finitur*

Digitized by Google

nitur in, iòqu, *vel* ioxi, *v.g.* iòqu, dancó xitè, *faciendo bonam conſultationem. Aliqua, & non pauca, ſunt nomina ſubſtantiua, quibus, ſi poſtponatur*, na, *fiunt adiectiua: v.g.* afó, *ſignificat inſcitiam, ex quo deducitur*, afóna, *quod ſignificat id quod fatuus, a, um.* Iiiū, *ſignificat libertatem: &*, iiiuna, *ſignificat id quod liber, a, um. quæ occurrerint alia in dictionario reperiuntur.*

Aliqua ſunt nomina abſtracta ſubſtantiua quæ antepoſita vocabulis quæ ex ſe ſignificant homines, fiunt adiectiua: v.g. Iifi, *ſignificat miſericordiam: ſi uerò illi* Iin *poſtponatur, reſultat*, li fi jin, *quod ſignificat idem, quod miſericors, dis*, fin, *ſignificat paupertatem, & poſtpoſito* nin, *fit*, fin nin, *quod ſignificat pauperem. idem eſt ſi poſtponatur*, ja, *fit enim*, finja, *quod etiam pauperem ſignificat*, bân, *ſignificat vigiliam; & ſi poſtponatur*, xu, *fit*, banxu, *quod ſignificat idem quod uigilans, tis. multa inuenientur in dictionario.*

Aliquando duo nomina ſubſtantiua, ex ijs, quæ remanſerunt in lingua Iaponica ex Chinenſi (& hæc, cobita, *vel*, coie, *vocant) ſimul poſita, faciunt adiectiuum, quod ex duobus ſubſtantiuis conſtatur, ſeu reſultat: v.g.* ten, *ſignificat cælum: &*, xu, *ſignificat dominum:* tèn xu *verò, ſignificat dominum cæleſtem, ſeu cælorum dominum.*

Præterita etiam verborum (de quibus ſuo loco) adiuncta ſubſtantiuis, vim & ſenſum videntur habere adiectiuorum: v.g. iōgorèta tè, *manus ſordida*, iōgorèta, *eſt præteritum verbi* iògore vru, *quod ſignificat idem quod ſordeſco, is*, càita qió, *liber ſcriptus*, càita, *eſt præteritum verbi* càqi, u, *quod ſignificat idem quod ſcribo, is. Abſtracta, ſeu radices ex quibus verba componuntur, ſunt nomina quaſi verbalia ſignificantia actionem in abſtracto: v.g.* facàri, *ſignificat menſuram: ex quo reſultat verbum*, facàri, u, *pro eo quo eſt metior, ris*, fajime, *ſignificat principium*, fajime, uru, *eſt verbum, & ſignificat id quod incipio, is. & ſic in alijs de quibus in dictionario. Antepoſita particula*, mòno, *prædictis abſtractis ſeu nominibus verbalibus fiunt nomina ſignificantia eum qui actionem verbi facit: v.g. ex*, càqi, *prepoſito*, mono, *fit* mòno càqi, *quod ſignificat idem quod ſcribens, tis. poſtpoſita vero eadem particula*, mòno, *eiſdem radicibus, fiunt nomina ſignificantia effectum actionis: v.g.* càqimono, *ſignificat ſcripturam.*

Digitized by Google

Poſtpoſita verò particula , gòto , *eiſdem radicibus verbalibus fiunt nomina ſignificantia res dignas actionibus quæ per verba , quorum ſunt radices , ſignificantur : v.g.* mi , *eſt radix , ex qua prodit verbum* , mi, iru. *pro eo quod video , es , &* , mĩgoto , *eſt res viſibilis,ſeu digna viſu* , qìqi , *eſt radix verbi* , qĩqi , u , *pro eo quod video , es : &* qĩqì gòto , *ſignificat rem audibilem , ſeu dignam auditu .*

Poſtpoſitis aliquibus nominibus ſubſtantiuis nominibus verbalibus prædictis fit nomen iam inconcreto ſignificans talem actionem : v, g. foxi , *eſt radix verbi* , fòxi ,u , *pro eo quod ſole vel ad ſolem ſiccare : poſtpoſito verò* , i vo , *v.g. quod ſignificat piſcem : fiet* , foxiì vo , *quod ſignificabit , piſces ad ſolem vel vi ſolis ſiccos . &c.*

Poſtpoſita verò particula , dõgu , *quæ inſtrumentũ ſignificat radicibus verborum , fiunt nomina ſignificantia materiam ſeu inſtrumentum actionis per verbum ſignificatæ : v.g.* varài dõgu, *materia ſeu inſtrumentum viſus* , càqi dõgu , *inſtrumentum ſcribendi vel ad ſcribendum .*

Poſtpoſita autem particula , me , *radicibus verbalibus fiunt nomina ſignificantia terminum actionis : v.g.* a vàxe , *eſt radix verbi* , a vàxe , uru , *pro eo quod eſt aliqua iungere aut copulare*, a vàxe me *vero ſignificat iuncturam : & ſic in alijs .*

Ex adiectiuis ſuprapoſitis finitis in i, *fiunt nomina abſtracta mutato* , i , *in* , ſa , *v.g.* nãgài , *ſignificat id quod longus, a, um : &* nãgàſa , *ſignificabit longitudinẽ. Adiectiua finita in* , na , *mutant etiam* , na , *in* , ſa, *ad abſtracta nomina facienda : v.g. ex* àqiracàna, *quod ſignificat id quod clarus, a , um : fiet* , àqiracàſa, *quod ſignificabit claritatem .*

Aliquando ex duobus ſubſtantiuis ſimul ſumptis , & præcipuè ſi aliquod illorum aliquam literam in principio ſeu in fine in aliã mutet , reſultat tertium nomen quaſi connotatiuum , & quaſi adiectiuum ſeu genitiuũ includens : v.g. ex , qi , *quod ſignificat , lignum , &* , fotoqe , *quod ſignificat idolum : fit* , qĩ botòqe *mutato* , f , *in* , p , *quod ſignificat idolum ligneum . Si verò nomina quæ præponuntur finiuntur in* , e , *ipſum mutant in* a, *ad prædictam compoſitionem nominis connotatiui : v.g.* tçumà ſàqi , *extremitates unguium* , càna cũgui , *clauus ferreus . Si uerò nomina , quæ poſtponuntur ad eamdem formationem , primam literam debeant mutare , ſi ſit* , f , *mutabunt in* , b , *uel* , p , *ſi* , s ,

muta-

Digitized by Google

mutabunt in, z, *ſi* c, *mutabunt in*, g, *ſi*, tç, *mutabunt in*, zz, *ſi*, x, *mutabunt in*, j, *u.g.* càri bunè, bùppô, nĩgori zàqe ſorá goto, qizzumári, ſòra jèi mòn. *Vide in dictionario*.

De pronomine.

NOn ſunt in lingua Iaponica pronomina deriuatiua u.g. meus, a, um. &c. ſed utuntur primitiuis, ſcilicet mei, tui, &c. Hæc autem primitiua non habent declinationes per caſus; ſed hæ differentiæ caſuum fiunt per particulas ſupra poſitas quæ omnibus ſunt communes, tam nominibus; quàm pronominibus.

Particulæ aliquæ (de quibus infra) quæ adiunctæ uocabulis honorem indicant, faciunt pronomen, uel illius uim habent ſecundum occaſionem & circumſtantias in quibus illis utuntur: ſi enim ego dicam, von fùmi; *loquendo cum alio: ipſo facto intelligitur me de eius epiſtola: & non de mea loqui: ſi enim de mea loquerer; non dicerem*, von fùmi, *ſed*, fumi *tantum: unde*, von fumi, *ratione particulæ*, von, *quæ eſt honoris, ſignificat ueſtram epiſtolam. Et idem eſt de particula*, mi, *& alijs quæ honorem indicant in ſignificatis nominum quibus adijciuntur.*

De pronomine ſecundæ perſonæ ſcilicet ego &c.

OCto ſunt particulæ ſignificantes idem quod Ego, mei, mihi, &c. vátacuxi, ſòrégaxi, váre, mi, várerá, mìdòmo, midòmorá, váre. *Quatuor primæ denotant aliquam ſuperioritatem in eo qui illis utitur, reliquæ uero ſunt humiliores. Mulieres utuntur tribus alijs particulis aliquando quæ ſunt.* mĩzzu cára, vãrauá vãgami, *& his non utuntur uiri: ruſtici ſolent uti duabus uidelicet*, vára vòrará, *religioſus uero quando de ſe loquitur ſolet dicere*, guſô, *ac ſi diceret: ego uilis religioſus; ſenex uerò de ſe loquẽs: dicit*, gurŏ, *ego uilis & deſpectibilis ſenex. Rex uerò, dicet*, chin, *uel*, máru, *quod ſignificat: ego Rex.*

Digitized by Google

Ad facienda autem pluralia iſta pronomina, poſtponuntur illis particulæ ſupra poſitæ conſtituentes pluralia, ſcilicet, dòmo, ra, *v.g.* midòmō ga máitta tòqi, *quando nos iuimus: ad caſuum verò differentiā poſtponuntur illis iam formatis pluralibus, particulæ conſtituentes caſus vt ſupra.*

De pronomine ſecundæ perſonę: ſcilicet Tu, tui, tibi, &c.

M*Vltæ ſunt particulæ, quæ conſtituunt pronomen ſecundæ perſonæ ſecundum differentiam perſonarum, quæ vel nullum, vel aliqualem, aut mediocrem, magnum, aut maximum merentur honorem & reuerentiam: ad loquendum enim cum inferiori, ſunt tres particulæ quæ faciunt pronomen tu. ſcilicet*, váre, vonòre, ſòchi, *ſi autem illis ſuperaddatur*, me, *vel*, mēgá, *& dicatur*, váremè, *vel*, váremēgá, *perſonam cum qua loquimur ampliùs deijcimus. Si autem loquamur cum æqualibus vel aliquantulum inferioribus, vtemur vna ex tribus particulis videlicet*, ſònata, ſòno ſò, váre ſama. *Si verò ſit perſona ſuperior vel omnino æqualis cum qua vrbanè debemus loqui vtemur vna ex ſeptem particulis ſcilicet*, cònatá, qixò, qiſō, gòſen, qīden, cònatá ſama, ſònata ſáma. *Si autem loquamur cum perſonis in dignitatibus conſtitutis, nomen dignitatis, ſi illi ſuper addatur particula*, ſama, *ſupplet vicem pronominis: v.g.* Padre ſamā gozare, *veniat veſtra paternitas. Aliquando etiam particulæ quæ nomina honorant, ſupplent vicem pronominis: v.g.* vòn qirumòno, *veſtræ dominationis veſtis.*

Cònata, ~~cóchi~~, cónoſo, *ſignificant idem quod ego, mei, &c. ſed in modo loquendi quaſi diſtributiuo: ex parte mea, vel quantum ad me attinct, quibus correſpondent*, ſóchi, ſonoſō, ſònatá *quæ ſignificant, tu &c. & ex parte tua, ſeu, quod ad te pertinet.*

Pluralia iſtorum pronominum fiunt per particulas ſupra poſitas ſecundum honoris differentiam, vōnórē domo, váre ra, ſóchi ra, *ſignificant vos loquendo cum vilibus*, vare tachi, ſonatà domo, *ſignificat vos cum æqualibus*, qiſōtachi, vócatāgata, vóno vóno, *ſignificat vos cum honore: declinationes verò horum*

rum ſiunt etiam per particulas communes declinationum.

De pronomine tertiæ perſonæ, ſcilicet ille, illa, illud.

D*Væ particulæ ſcilicet*, cáre cáre, are are, *ſignificant ille, illa, illud, loquendo de rebus inferioribus: quatuor uerò uidelicet*, áitçu, áitçumè, áremè, cáitçume, *ſignificant ille, illa, illud, humiliando & deſpiciendo res de quibus loquimur, & quæ præcipuæ finiuntur in*, me, *ſunt deiectiuæ, maxime ſi illis ſuperaddatur*, ga, *u. g.* áitçũga, áitçumẽgá, *ille uilis:* cóno, *ſignificat hic, hæc, hoc*, sóno *ſignificat, iſte, iſta, iſtud,* áno, *ſignificat ille, illa, illud; ſed neceſſario requirunt poſt ſe ſubſtantiuum ut illis utamur: u. g.* cóno fito, *iſte homo. idem ſignificat*, cóno mono, *ſed non eſt uerbum honorificum*, sóno cóto, *iſta res*, ano fito, *ille homo*, cónátá, *uel* cónoſó, *ſignificant hic*, ſonata, *uel*, ſono ſó, *iſthic*, ánatá, *uel*, ánoſó, *illic.* córe, *ſignificat hoc*, ſóre, *ſignificat iſtud*, áre *ſignificat illud, ſed neutraliter, ita quod ſubſtantiuis, ſeu ſuppoſitis non iunguntur. horum pluralia ſunt*, córerá, ſorerá, arerá, *cæterorum uerò pluralia ſunt per regulas communes.* cáno, *ſignificat rem de qua facta fuit mentio: u. g.* cano fito, *ille homo &c. Pronomen quidam, facit particula*, àru, *u. g.* aru fito, *quidam homo*, àru tocóro ni, *in quodam loco.*

Pronomen unuſquiſque faciunt particulæ, mèn mèn, ſóre ſore.

Pronomen uniuerſi & ſinguli &c. facit particula, tare mo mina.

Pronomen quicumque &c faciunt particulæ, Tare nite mó, tare nitemoare, tare nari tómó.

Ante poſita particula, tare mo, *negatiuis facit pronomen nemo uel nullus: u. g.* tare mó mairananda, *nemo iuit. Particula* nani taru cóto nari tómo, *ſignificat: quidquid ſit, vel quæcumque res ſit. Particula*, mèi mèi, *ſignificat: ſinguli, uel unuſquiſque in particulari.*

Particula, góto, *facit pronomen ſeu ſignum diſtributiuum omnis, e. Si poſtponatur ſubſtantiuis ex proprijs uocabulis lin-*

gua

Digitized by Google

gua Iaponicæ quæ uocantur, iomis. *idem etiam facit particula*, mai, *antepoſita ſubſtantiuis lingua Chinæ, quæ uocantur*, coies, *u. g.* fi, *ſignificat diem: &*, figôtoni, *ſignificat quotidie, ſeu omnibus diebus*, nen, *in lingua Iaponica mendicata à Chinenſi, ſignificat annum: &*, main nen, *ſignificabit ſingulis annis uel omnibus annis; idem ferè facit reduplicatio aliquorum nominum, uel ſaltim facit illa pluralia: u. g.* fito, *ſignificat hominem: &*, fitôbito, *ſignificabit omnes homines, uel multos homines*, fi, *ſignificat diem: &* fibi ni, *ſignificabit, omnibus, uel multis diebus.*

Pronomen diuiſiuum, aliqui &c. facit particula, niiòtte, *u. g.* tôqi niiotte, *aliquibus temporibus*, fito niiotte, *aliqui homines.*

Pronomen, idem &c. facit particula, vonaji, *u. g.* vonaji tocóro cara, *Ex eodem loco. Particula uerò*, dôjen, *ſignificat idem, ſed neutraliter: v. g.*, dôjen degozâru, *idem eſt: & hoc uerbo reſpondent quando gratulantur; abſque eo quod rem accipiant: ac ſi dicant, gratulor ac ſi accepiſſem: uel idem eſt, ac ſi accepiſſem.*

Pronomen ipſe &c: faciunt particulæ, nùxi, ſõno mi, vãga, *particulæ uero*, vareto mi, *faciunt pronomen ipſemet &c. u. g.* vareto mi ni ata vo naſu, *ipſemet ſibimet damnum infert*, mi vo vaſurète; ta vo taſûqûru, *ſui met oblitus, alios ſaluos facit. Particula*, vatacùxi, *ſignificat rem propriam in particulari: u. g.* vatacuxi no còto, *res propria*, vatacùxi ni iuarẽta, *pro ſe loquutus eſt.*

Pronomen aliquis &c. faciun tparticulæ, Tare zo, taſo, *u. g.* tare zo maittaraba, *ſi aliquis iuiſſet*, taſo ſacanãga aruca tôi ni iqe, *eat aliquis interrogatum ſi ſit aliquid cibi.*

Aliquid neutraliter faciunt particulæ, nan zo, nanica, *u. g.* nanzóga arãba cùnózu, *comedam aliquid ſi ſit*, ima ſaia tẽ ga jiiú nĩ gozaru ſôdoni nanica caqi maraxô, *ſcribam aliquid, ſi quidem habeo manus iam ſolutas ſeu liberas.*

Quis? fit tribus particulis ſcilicet, Tare, Tãga Taſo, *particula* tãga, *uel*, tare nó, *utuntur etiam pro genitiuo cuius: u. g.* Tãga móno ca? *cuius eſt res? Et quando aliquis ad oſtium uocat, & pulſat dicit:* móno mó, *qui intus reſpondent*, taſo, *uel*, tagá, *uel*, tare, *quis es? Particula* nani, *ſignificat quid &c. u. g.* nani

vo

Digitized by Google

vo ſùru cá , *uel*, nanĩgoto voſùru ca? *quid facis?* nani ni ſòre vo tòtte ĩquca? *ad quid hoc portas tecum?*

De pronominibus relatiuis.

PRonomen relatiuum fit poſtponẽdo verbo nomen de quo fit relatio: *v.g.* tèn ni màximaſu vàreràga vòn vòia, *Pater noſter qui eſt in cælis*, dèta tocòro va, *locus ex quo exiuit*, tèni ſùmi no tçuíta fito, *homo cuius manui adhæſit atramentum*. *Si oratio petit nominatiuum ante verbum, tale nominatiuum debet eſſe cum aliqua ex particulis nominatiui,* ga, no, *uel*, iòri, *v.g.* vatacùxiga càita ſùmi, *epiſtola, quam ego ſcripſi*, cònàtà no vôxerarèta coto, *res quam ueſtra dominatio dixit. Tertia verò particula ſcilicet*, iori, *vtimur quando eſt actio in oratione, v.g.* Deus iòri atàie cudaſarèta gracia, *gratia, quam Deus contulit ſeu donauit*, àno tocòro ni amàta no qiõ àtta vò toraèta, *tulit multos libros, qui erant in illo loco. Si concurrant verò duæ orationes relatiuum continentes, prima erit ſecundum poſitam regulam; ſecunda verò per participium præſens, præteritum, ſeu futurum, ſecũdum quod ſenſus orationis poſtulauerit: v.g.* qèſa Oracio vo móxita qióga tçucuie no vie ni àru vo mòtte coi, *affer librum illum qui eſt ſupra ſedile, in quo iſto mane recitaui vel dixi officium diuinum. In iſta oratione* qióga, *quod eſt vnum relatiuum, eſt poſt verbum*, móxita, & vo, *quod agit vices ſecundi relatiui, eſt poſt verbum*, àru. *Quando verò volumus amplius ſpecificare rem quæ refertur, ponimus inter rem ipſam & verbum, particulam* tocòro no, *v.g.* vàreto dôxin xìta tocòro no mònõ dòmo va mina buguèn ni nàtta, *omnes quotquot mecum conſenſerunt, diuites facti ſunt. Aliquando oratio relatiui propter ſuam difficultatem explicatur per exponentes: v.g. loco huius*, ima còroſarèta Pedro nò cò và ſonàta nó chijn gia, *quæ ſignificat, filius Petri, qui modo fuit occiſus, eſt tuus amicus: dicimus*, ìma Pedro coroſarèta ſonó co va ſonatà no chijn de gozàru.

Aliquando ſolent ſimul poni duæ particulæ ex caſus conſtituẽtibus, & faciunt quaſi relatiuum cui anteponuntur: v.g. ſòno

Digitized by Google

tocòrô ,deno dancô, *iſtius locis conſultatio*. Marſella ieno fune, *nauigium quod tendit Marſiliam*. màire to no móxi gòtó dearu *eſt dicere*, *quòd eam* .

Màiru mai to no dancó ni qivamatta, *habita eſt reſolutio quod non pergat*, màitte nòchi no dancô, *conſultatio poſtea quam perrexit facta*, varambe càra no catãgui, *eſt conſuetudo ab infantia*, xô tameno chôgui gia, *eſt ars ad illud faciendum*: àno fito no vo toró, *accipiam id, quod eſt illius hominis. nota hæc de relatiuo valde*.

De formatione verborum, & coniugationibus .

Verba in lingua Iaponica neque habent numeros, neque perſonas; faciunt tamen has differentias particulæ ſupra poſitæ ad pluralia & declinationes. Coniugationes ſunt tres affirmatiuæ, & totidem negatiuæ.

Radices verborum, de ſe non dicunt tempus: vnde vt illud dicant debent formari verba & coniugari.

Omnes radices verborum ſecundæ coniugationis finiuntur in e, gi, *vel*, ji, *præter*, xi, *&*, maraxì, *quæ etſi finiãtur in*, i, *ſunt tamen primæ coniugationis. Si verò radices finiuntur in*, de, *vel*, gi, *fit verbum præſentis temporis conuertendo prædictas in*, zzuru, *v.g.* fãgi, *facit præſens*, fãzzuru, *& ſignificat erubeſco*: de zzuru, *quod ſignificat exeo, is. ſi radices finiuntur in*, je, *vel*, ji, *mutantur ad præſens in*, zuru, *v.g.* màje: mãzuru, *idem quod miſceo, es*, anji anzuru, *quod eſt conſidero, as, ſi finiuntur in*, xe, *illud mutant in*, ſuru, *v.g.* a vaxe auaſùru, *idem quod coniungo, is*: xi, *verò, &* maraxi, *quæ (vt dictum eſt) ſunt ſecundæ coniugationis, etiam mutant*, xi, *in* ſuru, *v.g.* xi ſùru, *idem quod facio, is*, maraxi maraſuru, *etiam eſt, facio facis. Si radices finiuntur in*, te, *conuertunt illud in* tçuru, *v.g.* ſodàte; ſodàtçùru, *idem quod alo, is, vel ſuſtento, as: reliqua quæ tantum finiuntur in*, e, *alio modo; illud ad præſens conuertunt in*, uru, *v.g.* ãgue: ãgùru, *offero, rs*, nĩgue, nĩgùru, *fugio, is*.

Aliqua ſunt præterita verborum, quæ faciunt ſenſum præſentis,

ris, & ſunt illa quorum fieri conſiſtit in facto eſſe: v.g. cocòroièta *intelligo, is,* qìcoieta, *audio, is,* voboièta, *recordor, aris,* qi qiièta, *intelligo, is,* zonjita, *ſcio, is, & alia præter iſta forſan erunt. verba quæ ſequũtur ſunt primæ cõiugationis etiam ſi eorum radices non finiantur modo antea dicto. Si præſens alicuius ex illis non fuerit mutato,* i, *in* uru, *explicabitur in particulari,* àbi, uru, *aquæ balneo ſe, abluo, is,* fotòbi, uru, *mollificor, aris:* focoròbi, uru, *diſſuor, eris:* càbi, *fucore afficior, eris,* ſàbi, *rubiginor, aris,* deqi, *finior, ris, vel perficior, ris:* cùchi, cutcuru, *putreſco, is:* michi, mitçuru, *mare adimpleor, ris,* ini, uru, *abeo, is:* nòbi, nobiru, *vel* noburu, *dilator, aris,* tçuqi, uru, *conſumor, eris,* vòri, uru, *ab alto deſcendo, is:* xij, xijru, *ad prandium vel cibum compellendo, inuito, as,* ni niru, *aſſimilor, aris:* mochij: mochi iùru, *æſtimo, as:* ni, niru, *ad ignem coquo, is:* mi, miru, *aſpicio, is:* còri, uru, *corrigor, eris,* vochi, vòtçuru, *cado, is:* i, iru *ſum, es, fui: vel adſum, es,* ſûgui, uru, *tranſeo, is, ſicut tempus tranſit:* vàbi, uru, *miſericordiam peto, is,* carabi, uru, *ſiccor, aris,* iqi iqùru, *viuo, is,* fi firu *areſco, is,* qi qùru, *venio, is,* qi qùru, *veſtio, is,* vòqi uru, *è lecto ſurgo. quatuor verò verba quæ ſequũtur habent præter præſentia ordinaria, alia etiam extraordinaria,* atàie, *habet* atòru, *pro dono, as:* vàqimaie, vaqimòru, *diſcerno, is,* tonàie tonòru, *benedico, is,* ſonaie ſonòru *in loca ſublimi colloco, as.*

De Pręterito imperfecto, perfecto, & pluſquam perfecto.

Non *eſt in lingua iſta Iaponica præteritum imperfectum: Vnde loco illius vtuntur perfecto, quod fit duobus modis: primũ eſt addendo,* ta, *radicibus verborum: v.g.* ãguèta, *eſt præteritum verbi,* ãgue, uru, *quod eſt offero, rs; ſecundo modo fit præteritum perfectum poſtponendo,* te, *radicibus, & addendo poſtea verbum,* gozari, u, *vel* ari, u, *in præſenti vel in præterito de quo in ſecunda coniugatione, v.g.* ãguete gozàru, *vel* aguèté gozàtta, *vel* ãguete aru, *vel* ãguete atta, *obtuli, uel obtuleram, as, &c. ſi autem ad prædicta anteponatur particu-*

Digitized by Google

la fàia, *explicatur magis: u.g.* fàia ãguètè gozàtta, *iam obtuleris, quando poſtponitur uerbum*, ari, u, *ad præteritum, non eſt modus loquendi ita nobilis ſicut quando poſtponitur*, gozari, u, *unde ad hoc debemus aduertere quando loquimur, ut notemus de quo loquimur, & coram quibus, ut cui honorem, honorem debitum in modo loquendi tribuamus.*

De futuro primæ coniugationis.

S*I radix uerborum finitur in*, te, *fit futurum conuertendo iſtam ſyllabam in* teô, *uel* chô: *u.g.* tàte, uru, *eius futurum eſt* tàteô, *uel* tàchô, *erigam. Si radix finitur in*, ji, *fit futurum mutato in* jô: *u.g.* xenji, xenjô, *medicinas condiam uel coquam. Si radix finiatur in* xe, *mutatur in* xô, *u g.* xi,xô: maraxi, maraxô, *faciam. Si finiatur in*, ie, *mutatur in*, io *ut*, voxiie, vòxiio, *docebo. Reliquis uerò radicibus quæ finiuntur in* e, *poſtponuntur ad futurum faciendum*, ô ôzu, *uel* ôzuru *u.g.* ãgueô, *uel*, ãgueôzu, *uel* ãgueôzurù, *offeram. Hæ etiam particulæ poſtponuntur ad facienda futura uerborum de quibus ſupra diximus eſſe ſecundæ coniugationis, etiam ſi eorum radices finiantur in*, i, *u, g.* deqiôzu, *finietur.*

Fit etiam futurum, tollendo à præſenti negatiuo (de quo infra) ſyllaba nu, *in qua finitur, & loco eius ponendo particulam* bàià, *u.g. tollendo*, nu, *ab* ãguènu, *& loco eius addendo*, baià, *fit*, ãguèbaià, *offeram*, mînu, *ſi auferas*, nu, *& loco eius ponas*, baia, *fiet*, mîbaia, *uidebo uel aſpiciam.*

Futurum perfectum fit poſtpoſitis particulis, tearózu, *uel* tarózu, *eiſdem: u.g.* ãguète arózu, *uel*, ãguetárózu, *iam obtulero. Etiam fit antepoſito* fàia, *futuro ordinario: u.g.* fàia ãgueôzu.

Im-

Imperatiuum primæ coniugationis.

IMperatiuum primæ coniugationis eſt ipſa ſola radix verbi, vel poſtpoſita particula io, v.g. ãgue, vel ãgucio, offer: futurum autem imperatiui eſt futurum abſolutum, ãgueô, vel ãgueôzu, & eſt bonoratior modus loquendi & vrbanior ad imperandum in omni coniugatione, quàm per imperatiuum abſolutum. Fit etiam imperatiuum, ſi auferas, nu, à præſenti negatiuo (de quo poſtea) & loco eius ponas ſai, v.g. ſi ab ãgue nu, tollas nu, & addas, ſai, fit ãgue ſai, quod eſt, offer: non tamen dicit tantum imperium ſicut abſolutum. Poſtpoſita etiam particula, tai, radicibus, fit quodã genus futuri ſeu optatiui quo deſiderium loquentis explicatur, & eſt imperatiuum; vrbanum tamen, mizzu fitòtçu nomi tai, vellem parum aquæ bibere: eſt idem quod da mihi bibere. Quando verò fit relatio alicuius præcepti, legis, conſilij, ordinis, aut prohibitionis, in omni verbo cuiuſcumque coniugationis ſiue affirmatiuæ, ſiue negatiuæ: tale præceptum ponitur ad literam: v.g. chriſtiani naru nà to no xógun no fattõga àru, eſt lex Imperatoris, quòd non fiat quis Chriſtianus, Padre core vo còxiraièio to voxerarèta niiòtte, quia pater præcipit mihi vt hoc componerem.

Optatiuum primæ coniugationis.

De, *ſignificat materiam ex qua: v.g.* tçuchĩ de ca uára uo tçuquru, *regulas ex terra vel limo conſtruere*, nànde còre uo tçuqùru ca? *ex quo hoc facis?*

Vie, *ſignificat erga: v.g.* zuĩbun cõdomo no vie uo fito ni mo nàxi maraſuru iomi to cocòrõ gaqe maraſuru; *omni cum diligentia curo circa vel erga vel de meis filijs, quomodo illos faciam homines.*

Sònata no fiquànno vo ſaiban meſarèio, *habeto curam de tuis ſeruis?*

Made, *ſignificat vſque: v.g.* âſumade, *vſque mane*, inòchi vo vxino màde aru mai, *non ammittet vitam vel vſque ad vitæ amiſſionem non perueniet*, ſore made vomoi mo ioranu gui gia, *non peruenit ad mentem meam vſque adbuc*, cocòro zaxi arẽba canauanumàde mo xei uo iruru, *quando aliquid deſideratur, adhibentur vires vſque ad impoſſibile*, moſu màde mo nai, *non eſt neceſſarium dicere*, còno tocòro made maitta, *hucuſque veni.*

De coniunctionibus & diuiſionibus.

TO, *ſignificat, &, copulatiue: v.g.* Pedro toj uanto Nagaſaqi ie ita, *Petrus & Ioannes ierunt Nagaſaquim*, còreto, àreto uò tòru, *accipio hoc & illud. idem ſignificat*, mo, *v g.* Pedro mo juan mo Nãgaſaqi càra mõdotta, *Petrus & Ioannes redierunt e Nagaſaqui*, naqu mono mo ari, uaró mòno mo aru, *ſunt qui flent, & ſunt etiam qui rident*, mo, *anteponitur multoties negatiuis: v.g.* nanĩgoto mo gozaranu ca? *non eſt aliquid noui?*

Mata, *ſignificat, &, vbicumque inueniatur ſiue inter nomina ſiue verba*, ca, *ſignificat vel: v.g.* Pedro ca; juan ca coi to iie, *dic quod veniat Petrus vel Ioannes*, arui ua, *ſignificat etiam vel: v g.* arui ua Pedro, arui ua juan, *vel Petrus, vel Ioannes*, arui ua iomu, arui uamono uo caqu, *vel lego vel ſcribo*, moxi ua, *ſignificat ſi vero in medio orationis: v.g.* mòxi ua cãnẽga nai naraba, *&c. ſi vero non habeas argentum.*

Ad orationum contexturam vtuntur, mata ua, *& præter hoc*

Digitized by Google

vel præterea: *v.g.* arui ua iamaĩga uocoru ca, mata ua iſõguĩ no fumi qita ruca &c. *vel accidit aliqua infirmitas, præter hoc ſi venit aliqua epiſtola* .

Xicarẽba, *ſignificat: cum res ita ſe habeant*, ſari nagara, *ſed*, ſo aru tocũde, *cum hoc ita ſit*, ſãraba, *cum hoc ita ſe habeat*, ſarẽba ſareba, *cum ergo &c.* ca? *ſignificat ſi?* *v.g.* maitta camiio, *vide ſi venit vel iuit*, maitta ca xiranu, *neſcio ſi venit*, iara, *ſignificat ſi diuiſiue*: *v.g.* fito iara chicuxo iara xiranu, *neſcio vtrum ſit homo vel animal*, nani iara to moxita, *neſcio quod dixerit*.

Ex particulis, nanica, & tŏcãcu, *intromiſſis alijs particulis fiunt quædam quaſi diſiunctiua ſeu exageratiua*: *v.g.* nani ia ca ia? *quæ res? idem eſt*, nani iara ca iara? & nãto iara cato iara? nanto xite, ca toxite, *quomodo*? nanto mo ca tŏmo, *nullo modo*, nanĩmo camo, *nihil*, nanĩgoto mo cãgotomo, mina içtuuari naruzo, *denique omnia ſunt mendacia*, nanino cano *vel* nanto, xite cato xite, *modus excuſandi ſe*, nanino cano to iũte, *dicens hoc & illud*, domo como, *quomodocumque ſit idem*, doxitemo co xitemo doxite ũo xite, *faciendo diuerſa hoc & illud*, do xôco xô, *faciam hoc & illud*.

Tŏmo cacumo, *in omnibus, idem*, toni cacuni, *idem etiam* tonimo cacuni mo, *vel* totemo cacutemo, cŏre to ij; care to ij, *hoc & illud dicens: ideſt excuſationes*, care core, *illud & hoc* coco caxico, *hic & illuc*, conata canata, *iſtic & illic*, uomo xirô, uocaxu, *accommodando ſe quaſi adulari*.

Si particula, mŏtte, *poſtponatur particulis*, catçute, mate, iſaſaca, tomoni, nani, nani nani iori, *adiungitur illis efficacia & energia*: *v.g.* catçute motte ſo aru mai, *nullo modo erit talis res*.

De interiectione.

SAte, ſateſate, ſatemo ſatemo, *ſunt interiectiones admirantis*: *v.g.* ſatemo Deus no uôqinaru uonjificana, *o magna miſericordia Dei*!

Auare, *eſt interiectio miſerentis*: *v.g.* auare mutçucaxij iŏ no naca cana, *o mundus repletus miſerijs*.

Ha!

Ha! eſt interiectio pœnitentis: v. g. Ha fuxĩ demo uomoxiroĩga; tocoro niiote qi coie canuru, *o labor ſonus & cantus harmonia eſt valde gracilis; ſed non bene omnia percipiuntur!*

Iara! *eſt interiectio tam lætitiæ; quam triſtitiæ: v. g.* iara iara medetaia, *o quantum gaudeo &c. idem,* ia, *v. g.* ſatemo iiaxii iatçũbaraia! *o quam vilis & abiectus!* gongo dodan ſuxĩguina xiſai cana! *o quam rara & ridicula ratio,* iei, *eſt interiectio mirantis: v. g.* iei Padre ſama cochĩ gozaru io, *hic eſt pater!*

Hat, *eſt interiectio eius qui repente terretur: v. g.* Benqei core uo mite hat coto naxi to zonjite, ſono màma niuani bo uo voroxi &c. *videns hoc benquei &c.*

De ſintaxi, & caſibus, quos regunt verba.

N*Ominatiuum ponitur in principio orationis, verbum vero in fine, reliqua vero ſecundum cadentiam: v g.* Pedro ua Nagaſaqĩ de xutrai xita iqi iqi nitçuite juan uo coroita, *Petrus occidit Ioannem circa vel in quadam differentia quæ fuit vel accidit Nagaſaqui: in aliquibus orationibus grauibus verbi ſuppoſitum ipſi poſtponitur; ſed raro: v. g.* tare mo cana uanu futari noqimi ni tçucoru còto ua, *nemo poteſt duobus dominis ſeruire hic,* tçucoru coto ua, *eſt verbi ſuppoſitum,* core niiote tanomi tatematçuru itçumo uirgen, *ideo præcor Beatam Mariam ſemper Virgitem.*

Orationes ſubiunctiui abſoluti vel permiſſiui, & infinitiui, & conditionales, & cauſales ſemper anteponuntur orationibus de indicatiuo aut imperatiuo; etiam ſi in linguis Latina aut Europæis non fiat ſic ſenſus: v. g. achi cara tomeraruru tomo; tomaru na, *ne remaneas etiam ſi illinc detinere te velint,* sòre uo qiitarẽba, fara uotatete mõdotta; *cum hæc audiſſet, iratus reuerſus eſt,* taxicani uqetamotta niiotte coſo, móxi ãgne maraxitare, *fideliter audiui, ideo retuli & dixi,* faio gozatta raba uo mexi uo xinjò mono uo, *ſi cito veniſſes dediſſem tibi manducare.*

Quando ſunt duo verba eiuſdem temporis in eadem oratione, pri-

primum erit in gerundio in , e , *& alterum in tempore quod orationis ſenſus exiget* : *v.g.* còre uo tòtte giqini mĩga como no ni uataxe , *accipe hoc & trade ſeruitori meo* .

Quando vero fuerint duæ vel plures orationes quæ loquntur de eodem ſubiecto vel tempore , *ſolum vltimum verbum erit in tempore* , *quod orationis ſenſus petierit*, *reliquorum vero aliqua erunt in radicibus*: *alia autem in gerundio in*, e, *v. g.* touazunba cotaiezu , voxe arãba tçuxxinde qiqe , *ſi te non interrogant ne reſpondeas* , *ſi loquantur audias attente*, Deus no uo cȯto uo macotoni uqe , go uoqite mo cama uaĩde , ſono mama inferno ni uochita , *neque in Deum credidit* , *neque eius mandata ſeruauit* : *vnde cecidit in infernum* .

Verbum ſemper ſequitur in honore tertiam perſonam; *nullus enim ſe honorat niſi ſit rex qui de ſe loquens dicit*, iorocõbi ni uȯboximeſu , *gaudeo plane* .

Quando fuerint multa adiectiua omnia erunt aduerbialiter præter vltimum : *v.g.* qe nango , iro curô , icanimo vtçucuxij mono , *erat ſpecioſus valde* , *habens pilos longos & colorem nigrum &c.*

Antepoſita particula , to , *verbis ſignificantibus intelligere* , *credere* , *audire &c. ſupplet verbum ſumes fui*, *& ſignificat*: *quod v.g.* fito tozonjita , *credidi vel putaui quòd eſſet homo* , qixó uo jennin to vomo uô ca? *credam te eſſe ſanctum?* amata no fito xini no fonouo ni moiuru uo miſaxerareô , *videbis multos homines iræ flammis ardentes. hic ſuppletur particula* to , *a* moiuru uo *quod eſt verbi ſuppoſitum. quando verò poſtponunt* , mo , *ad* to, *tunc tenaciter affirmant quod dicunt* : *v.g.* mairõ tomo, *omnino ibo vel iturus ſum* .

Particula , to , *in primo ſenſu ſuppletur aliquando per* , ioni , *v.g.* ãgueta ioni gozarù , *dicunt quod obtulit* , ica iona fito to ua xiranu , *neſcio quis homo ſit ille. aliquando verbum ſubſtantiuum ſupplet particulam* , to *v.g.* mairó de gozatta , *dixit quod veniet* , xô de ua naqerẽdomo , *quamuis non dicõ quod faciam &c.*

Qiuzo còre uo mite , ima uo ſaĩgo no coto dearẽba , *videns hoc* , quiuzo , *credensque horam mortis iam adeſſe* , *hic verbum ſubſtantiuum ſupplet* , to *& fit quaſi verbum actiuum regens accuſatiuum*, ima uo, *ſupplet etiam*, to . *particulæ* , ſona *&* guena *ſignificant* , *videtur* , ſona , *poſtponitur radicibus verborum* :

v.g.

Digitized by Google

v.g. dèqi ſona, *videtur quod finietur, ſi verò illi poſtponatur aliquod verbum ſubſtantiuum mutat*, a , *in*, i, *v.g.* dèqiſonigozaru *videtur quod perficietur*, deqi ſoni mo zonjenu, *credo quod non finietur. poſtponitur etiam*, ſona, *adiectiuis finitis in*, i, *& illud amittunt : v.g.* io ſona, *videtur bonus vel quod ſit bonus*, xiguè ſona, *videtur frequens*, a iau ſona, *videtur periculoſum, ſi vero poſtponatur adiectiuis finitis in*, na , *illud amittunt, v.g.* aqi raca ſona, *videtur quod ſit clarum*.

Particula, guèna, *poſtponitur nominibus & verbis iam formatis : v.g.* maittã guena, *credo quod venit ſi autem illi poſtponatur verbum ſubſtantiuum*, *mutat*, a, *in*, i, *v.g.* maittã guenĩ gozaru, *credo quod venit*, ſona, *ſignificat*, *videtur*, *&*, guena, *credo ; ſed vtraque vtuntur in occaſionibus in exemplis expreſſis*.

Quando in oratione fuerint duo præterita, primum erit in tali voce; ſecundum vero in voce futuri: v.g. qeſa càra ſo uôxerareta raba mo faia de maraxô, *ſi hoc dixiſſes iſto mane ; iam receſſiſſem*.

Quando refertur id quod alius dixit, dicitur hoc modo, Padre môsâruru ua : iãgate ſonatàie mairó to moſaruru, *Pater dixit ſe ſtatim huc venturum, aliquando quando ſe excuſant, ſolet ſuppleri*, to , *per* no , *v.g.* aſu no, raĩguãt no, nãndo to noburu na *ne differas dicendo quod cras ; vel menſe venturo &c.*

Quando poſt, n , *ſequitur*, uo , *amittitur*, u , *v.g.* go uono uqe tatema tçutta, *beneſitia accepi*.

Aduerbia ſemper anteponuntur verbis ; præter aduerbia temporis, quæ in principio orationis conſtituuntur : v.g. ſore uo qijte iccó xicàri maràxita, *audiens iſtud iratus eſt valde*, qiô nen eſpana carà uatàttà tòqi, *quando anno præterito ex Hiſpania transfretaui. omne verbum requirit ante ſe nominatiuum expreſſum aut ſub intellectum: v.g.* uare iqe, *uel*, iqe, *in quo ſubintelligitur*, uare , *vade* , *in aliquibus autem orationibus uidetur hæc regula deficere* : *u.g.* xiſai uõba core ni uà môsàre maràxozu, *hic cauſam & rationem refert ſeu dabit. hic nullum uidetur nominatiuum* , *quin potius*, are ni ua, *eſt datiuum aut ablatiuum*, àre ni uà, nauo uoixri atta, *ille melius ſcit. in iſta etiam oratione*, àre ni ua, *deberet eſſe nominatiuum* , cacàru uo ni uà cõganeno cuſari uo icuſũgi mo tcuqeta dõgu de gozàru , *pro torque habebat catenam auream multos habentem anulos*.

Co-

Core ni ua gozonji aru mài, *non cognoſcet de hoc ueſtra dominatio, hic*, còre ni ua, *uidetur ſupplere accuſatiuum quod regit*, zonji : uru.

Verbum imperſonale aut infinitum petit ante ſe nominatiuum : u.g. Pedro ua màitta to mòſu, *dicunt quod Petrus uenit*.

Verbum, iri : u, *pro indigeo, es, regit duo nominatiua*, rei, *& perſonæ indigentis: u.g.* uatacuxi uà còno cànéga iru, *ego indigeo uel habeo neceſſitatem huius argenti etiam regit datiuum de perſona : u.g.* ſono tame ni ua cànéga iranu, *non indiget argento ſeu nummis*.

Verbum actiuum petit ante ſe accuſatiuum pro ſuppoſito : u.g. càne uo motànu, *non habeo pecunias*

Aliqua nomina, cobita ſeu coie, *quæ ut ſupra dictum eſt, ſunt mēdicata a lingua Chinenſi regunt eoſdem caſus quos verba Iaponica quæ illis correſpondent; v.g.* ni ua qenbut noaïdani mèxi uo coxiraie io, *præpara cibum dum hortum videmus, hic nomen* qenbut, *regit accuſatiuum*, ni ua uo, *quia*, mi : ru, *quod eſt video, es, regit accuſatiuum*, fito ni guenzan ſuru, *eſt idem quod* fito ni uó, *obuium video hominem, & regit*, genzan, *datiuum ſicut*, ai, ô:

Quando vocabulum cobitum ex duobus componitur, cognoſcetur eſſe verbum, ſi primum, verbi ſignificationem habeat : v.g. jóten, *eſt verbum, & ſignificat in cælum aſcendere, quia* jo, *eſt aſcēdo, is*, tenjo, *vero eſt nomen, quia*, jo, *poſtponitur & anteponitur*, ten, *quod ſignificat cælum*.

Verba paſſiua petunt ablatiuum pro perſona agente: v.g. Pedro carà còròſàreta, *occiſus eſt a Petro, ſed melius regunt datiuum: v.g.* Pedro ni coroſareta. Pedro ua nuſu bito ni càne uo torareta, *latrones ſurati ſunt pecunias Petri*.

Sunt etiam aliqua neutra, quæ accuſatiuum regunt ſicut actiua : v. g. xiqitai uo fanaruru, *diſcedere a corpore, ſeu mori* axi uo uãzzurô, *dolere pedes, &*, nigue uru, *pro eo quod eſt fugio, is*, nogàre, uru, *euado, is* : de, uru, *exeo, is* : nòqe, uru, *recedo, is* : touorĩ, u : *tranſeo, is*: nori, u, *nauigo, as, v.g.* caixo uo noru, *nauigo mare*, iuqi : u, *ambulo, as*, michi uo iuqu, *viam ambulo*, uo uari,: u *finior, iris*, mairi : u xǒgui uo mairu *ad tabulam latrũculariam ludo*, iorocobi, u: cocoro uo iorocòbu. *lætifico cor*: abi, uru, mizzu uo abiru, *lauo me aqua vel aquam ſupra infundo*, auàremi, u, *miſereor, eris*, canàximi, u, *triſtor*,

Digitized by Google

triſtor, *aris*, còie, uru, *tranſeo*, *is*, fabacari, u, *verecundor*, *aris*, facarai, o, *prouideo*, *es*, faxiri, u, *velo nauigo*, *as*, *v.g* caixo, *vo*, faxiru, *velo mare nauigo*; fãgi, zzuru, *verecundor*, *aris*, fedate, tçuru, *ſecedo*, *is*, fe, uru, *tranſigo*, *is*, *v. g.* ficazu vo furu, *multos dies tranſigo*, dori uo fumaiuru, *ſundari in ratione vel rationem pro fundamento habere*, itàmi, u, *doleo*, *es*, ma vari, u, *circuo*, *is*: *v.g.* còno còto vàri uo mõxi mauattà, *multoties & per circuitum dixit nuntium, hic & ibi. idem ſignificat & regit*, mẽguri, u, nãguſami, u, *recreo*, *as*, cocoro vò nãguſamu, *cor lætifico*, *as*, naqì, u, *ploro*, *as*, taſucàri, u, *ſaluo*, *as*, inochi vo taſucaru, *periculum vitæ euado*, goxo vo taſu caru, *ſaluari in uita futura*, tachi tçu, *recedo is*, *v.g.* tocòro vo tatçu, *de ſero locum vel a loco recedo*, tomurai, ô, *defunctis exequias facio*, *is*, vcãgai, ô, *dubitando inquiro*, *is*, voximi, u, *æſtimo*, *as*, vràmi, u, *quæror*, *eris*, xinobi, u, *occulte expecto quaſi inſidioſe*: *v.g.* fito nò mè vò xinòbu, *attendo ſiquis me videt, aliqua ex prædictis quæ requirunt accuſatiuum loci, admittunt etiam ablatiuum cum particulis*, cara, *vel*, iori, *v.g.* tocòro vo tatçu, *eſt idem quod*, tocòro iori tatçu, *a loco recedo*.

Aliqua etiam ſunt actiua verba quæ duos caſus accuſatiuos petunt: *v.g.* fori, u, daxi, u, fanaxi, u, tate, tçuru, *v.g.* Pedro vo focò vo voi idaita, *Petrum eduxerunt ab iſto loco. poteſt etiam regere ablatiuum loci*: *v.g.* Pedro vo focò cara voi daita, *aliqua petunt vel Datiuum vel accuſatiuum v.g.* fito vo, *vel*, fito ni fanare, uru, *ab hominibus recedo*, *is*, Deus vo, *vel* Deus ni fomùqi, u, *Deum offendo*; *is*, *verba huiuſmodi ſunt, quæ ſignificant timere, offendere, & recedere*.

Multa vero verba quæ ſignificant auxilium præſtare, commodum, damnum, obedientiam, ſuperioritatem, ſubiectionem, ſeruitutem, victoriam, & ſimilia, regunt Datiuum: *v.g.* chiie ſaicacu ioni coieta, *excedit alios ſapientia & induſtria*.

Verba verò dandi, & promittendi regunt accuſatiuum rei & datiuum perſonæ: *v.g.* fito ni càne vo curùru, *dare pecunias alicui*.

Multa ſunt verba, quæ admittunt ante ſe radices aliorũ verborum immutatas; & tunc prædictæ radices habent ſenſum quaſi infinitiui: *v.g.* qiqi faji me, uru, *audire incipio*, *is*, *verba vero ſunt*, nare, urù, *aſſueſio*, *is*, *ſeu aſſues co*, *is*, *& idem*, tçuqe,

Digitized by Google

uru, ſate, tçuru, *finior, iris*, narai, ô, *diſco, is*, sôme, uru, *incipio, is*, tôdoqe, uru, *perſeuero, as, vel proſequor, eris*, ate tçuru, *dirigo, is*, atàri, u, *caſu reperio, is*, vaqe uru, *diuido, is*, càne, uru, *dificile poſſum, es*, ſoconai, o, *erro, as*, ſumaxi, u, *perficio, is*, ſûgoxi, u, *excedo, is*, ſâgue maxi, u, *multum & intenſe laboro. as*, àqi, u, *faſtidio, is*, tai, *volo, is, &* tomonai, *nollo, is, ſi vero radices verborum anteponantur adiectiuis finitis in* i, *faciunt quaſi ſupinum in* tu, *v.g.* iòmi iaſui, *facile lectu &c.*

Nomina numeralia ſi ſubſequatur illis nomen ſubſtantiuum debent eſſe in genitiuo: v.g. fito tçu no tôga, *vnum peccatum, idem petit particula*, ſôdo, *quando ſignificat omnis, e, v.g.* àru ſôdo no fito, *quotquot ſunt homines, idem petit particula*, iori *v.g.* Nanban iòri no mono, *res Europæ; ſed hic eſt relatiuum. petunt etiam genitiuum numeralia, ſeu nomina quæ dicunt multitudinem vel paucitatem: v.g.* amàta no fito, *multi homines, ſunt autem nomina prædicta*, bechi, *alter, a, um*, ſon, *proprius a, um*, cazucazu, *multi, æ, a*, ſama zama, *multi modus, a, um*, iro iro, *multus, a*, iorôzzu, *quilibet &c.* îzzure, *quis, æ*, iſſai, *omnis, e, idem*, vòno vòno, *&* cotôgotoqu, reqi reqi, *perſonæ nobiles*, igue, *quod ſubſequitur*, nocori, *quod remanet*, itçumo, *ſemper: v.g.* itçumo no coto, *id quod ſemper*. tçune, *ordinarius, a, um*, ima, *mòdo*, iſaſaca, *parum: idem*, sòto, *vel* ſucoxi, xôtocu, *naturaliter*, sòno ſòca, *extra. prædicta petunt ante ſe genitiuum ſi illis ſubſequatur nomen ſubſtantiuum, & tunc adiectiua debent reputari ſi verò non ſubſequatur ſubſtantiuum nomen; ſed verbum; tale genitiuum non petunt: v.g.* iorôzzu danco xite iocaro, *bonum erit ſi omnes faciatis conſilium.*

De Arithmetica Iaponiæ & materia numerorum, in quibus hoc opus hic labor.

D*Vo ſunt modi numerandi in lingua iſta Iaponica primus eſt per numeralia communia propria ipſius linguæ, quæ vocant,* iomi, *& hæc perueniunt ſolum vſque ad decem: v.g.* fitòtçu *vnum,*

Digitized by Google

vnum, *& ſolent hoc vti ad dicendum parum*: *v.g.* sàqe fitòtçu nómaxcte tamóre, *da mihi bibere parum vini*, futatçu, *duo*, mitçu, *tria*, iòtcu, *quatuor*, itçutçu, *quinque*, mutçu, *ſex*, nanatçu, *ſeptem*, iàtçu, *octo*, coco notçu, *nouem*, to vo, *decem*, icutçu, *ſignificat*, *quot? in rebus quæ non habent propriam numerationem*.

Secundus modus numerandi eſt per vocabula, coie, *ideſt mẽdietata a lingua Chinenſi*, *hoc verò non vtuntur vſque ad decem per ſe; niſi rebus numeratis adiungantur*, *quæ quidem res debent ſignificari vocabulis etiam Chinẽſibus; & non Iaponijs. termini numerales ſunt*, ichi, *vnum*, ni, *duo*, ſan, *tria*, xi, *quatuor*, go, *quinque*, ròcu, *ſex*, xichi, *ſeptem*, fachi, *octo*, cũ, *nouem*, jũ, *decem vtuntur per ſe iſtis a numero vndecimo & ſupra*, *eſt autem vndecim*, juich, iiuni, *duodecim*, iũſan, *tredecim*, júcù, *decem & nouem*, *& numeris denarijs anteponuntur numeri vſque ad decem*: *v.g.* nijũ, *viginti*, ſànju, *triginta*, ſanju ichi, *triginta vnum*, cùju, *nonaginta*, fiacu, *vero ſignificat centum*, fiacu ichi *centum & vnum* fiacu ju, *centum & decem*, fiacu ſanju, *centum & triginta*, ni fiàcu, *ducenta*, sàmbiacu, *trecentum*, xen, *autem ſignificat mille*, xen ichi, *mille & vnum*, xen roppiacu sànju ichi, *mille ſexcenti triginta vnum*.

Numeri vero Iaponij antepoſiti vocabulis Iaponiæ, *quæ vocant* iomi, *et ablato*, tçu, *a numeralibus prædictis*, *ſiue ſint nomina ſiue radices verborum quibus iunguntur numerãt res ſignificatas per talia vocabula*: *v.g.* fito cotòba, *vnum verbum*, futa coto vari, *duæ rationes*, miàmi, *tria retia vel tres retis miſſiones*, iocama, *coquere quatuor vicibus in caldaria*, itçucàqe, *quinque aggreſſiones* mùcasàne, *ſex veſtes ſeu coopertura*, nànà catana *ſeptem vulnerationes gladio*. ià catàgue, *octo onera*, cùca vari *nouem tranſmutationes*, tò cuſa, *decem differentiæ. poſt numerum vero decimum*, *hoc modo numerandi non vtuntur*; *ſed dicunt*, iro jũichi, *vel* júichi no iro, *vndecim colores*. *ad interrogandum vero eſt verbum*, icùtçu, *ſi verò res de qua interrogatur poſtponatur*, *debet addi numeralibus particula*, no, *v.g.* itçucu no qi zo *quot ligna ſunt? idem*, qi icutçu zo? *et reſpondetur*, futatçu, *duo*, mitçu. *tria etc interrogatur etiam per*, icutçu *ablato*, tçu *poſita vero re numerata de qua interrogatur*: *v.g.* icù tocoro, *quot loca?* icu toqi, *quot horæ?* fito ſanaxi, *vnus ſermo vel conuerſatio*, futaſugi *duæ lineæ*, iote, *quatuor manus inter digladia-*

I 2 *dia-*

Digitized by Google

diatores: v.g. itçutçu bu, *quinque grana*, mu tocoro, *ſex loca*, iamavari, *ſex circuitiones*, cuninai, *nouem onera eo modo quo Iapones onus portant ante & retro in ligno*, tò vatari, *decem tranſitiones: v.g. & alia omnia quæ numerari poſſunt, idem autem eſt dicere*, mu tocoro *quòd*, mutçu notocoro & *quod*, tocoro mutçu, *ſex loca*, fito ie, *ſignificat rem ſimplicem*, futa ie, *duplicem ſeu duplicatam*, miie, *triplicatam &c. idem fit cum numeralibus chinenſibus ſeu*, coye, *adiunctis vocabulis etiam chinenſibus: & aliquando in iſta numeratione nihil ammittnnt numeri aut res numeratæ; aliquoties autem vel alterum vol vtrumque aliquid ammiitit vel mutat, & præcipuè in numeris primo, ſecundo, tertio, ſexto, decimo, & centeſimo: & aliæ ſunt mutationes: hic autem ponentur communiores; quando verò in particulari nihil fuerit adnotatum, eſt ſignum quod nulla eſt tranſmutatio.*

Interrogatio de hominibus fit per, icutari? *quot homines? Reſponſio verò fit poſtponendo*, nin, *numeralibus chinenſibus: v.g.* ichi nin, *vnus homo*, ninin, *duo*, iottari, *vero ſignificat quatuor: quia*, xinin, *ſignificat hominem mortuum.*

Interrogatio de diebus fit per, icca, *quot dies? & vnus dicitur*, fi fitoi, *quia*, ichinichì, *ſignificat diem ſolarem integrum*, futçuca, *duo dies*, micca, *tres*, iocca, *quatuor*, itçuca, *quinque*, muica, *ſex*, nànucà, *ſeptem*, iòca, *octo*, còconoca, *nouem*, toca, *decem*, fatçuca, *viginti reliqui numeri dierum ſunt per numeralia*, coie.

Numerus noctium, eſt poſtponendo, ia *numeralibus*, coie, *v.g.* ichi ia, *vna nox*, ni ia, *duæ &c. fit etiam poſtpoſito*, io, *quod ſignificat Iaponice noctem numeralibus*, iomi. icuio, *quot noctes?* futaio, *duæ*, nandio, *ſeptem noctes &c.*

Numeratio menſium anni fit poſtpoſito, guat, *numeralibus*, coie, *ſed prima luna vocatur*, xõguat, *ſecunda vero*, nĩguat, *tertia*, sãguat, *quarta*, xĩguat, *vndecima verò dicitur*, ximò tçuqi, *duodecima verò & vltima dicitur*, xi vàſu, *ſi autem velimus numerare menſes abſolutè poſtponimus*, tçuqĩ, *quod lunam ſignificat numeralibus*, iomi, *ablato*, tçu, *interrogamus vero*, icutçuqi? *quot menſes? & reſpondetur*, fito tçuqi, *vnus, vſque ad decem, quod eſt*, totçuqi, *poſt decem verò fit numeratio per numeralia*, coie, *v.g.* jù ichĩguat, *vndecim menſes, ad interrogandum verò de menſe quisnam ſit; Ianuarius ne an Februarius*

rius? fit per, nànguat, *Primus autem menſis anni Iaponenſis eſt luna Martij*.

Annumeratio annorum fit poſtpoſito, nen, *numeralibus*, coic. *interrogatio fit antepoſito*, nen, *v.g.* nànnèn, *quot anni? Reſpondetur autem*, ichinen, *vnus*, ionen, *quatuor*, ſanganen, *tres*, sò ionèn, *tres vel quatuor*, sò xi júnèn, *triginta vel quadraginta anni*, fatàchi, *ſignificat viginti annos in hominibus, idẽ* ni junen, *vel*, ni ju no toxi, *vel* tòxi ni jú, *interrogant autem*, icutoxi, *vel* tòxi icùtçu, *quot annos habet? numerant etiam annos hominum & animalium perfectorum, boum ſcilicet, & equorum &c. poſtponendo*, ſai, *numeralibus*, coic, *v.g.* iſſai, *vnus*, ni ſai *duo*, ſan zài, *tres anni*.

Annumeratio vicium fit poſtpoſito, do, *numeralibus*, coic, *v.g.* nàndo, *quot vices?* ichído, *vna* iōdo, *quatuor*, gōdo, *quinquies*, ſai ſan, *bis velter*.

Annumeratio nauium fit poſtpoſito, sô, *numeralibus*, coic, *v.g.* nànzo, *quot naues? Reſpondetur:* iſſô, *vna*, nisò, *duæ*, ſan zô, *tres* faſſô, *octo*, juſſô, *decem*.

Ichiren, *vna linea, duæ* niren, ſaren *tres lineæ v.g. ficorum, margaritarum*, &c.

Annumeratio orationum, tractatuum, vel repetitionum eiuſdẽ rei fit poſtpoſito, ſen, *numeralibus: v.g.* ippen, *vna*, niſen, *duæ*, ſanben, *tres* auema ria fiácu gojippèn, *centum quinquaginta aue maria*.

Annumeratio argenteorum fit poſtponendo, momme, *numeralibus v.g.* ichi mòmme, *vnus*, ni mòmme, *duo*, ſan mòme, *tres. vnus autem argenteus diuiditur in decem quæ vocant* ippùn *itaque*, ippùn, *ſignificat decimam partem argentei*, nifùn, *duæ ex prædictis partibus*, goſùn, *media dragma*, roppun, *ſex ex prædictis decem partibus*.

Decima quoque verò pars argentei diuiditur adhuc in alijs decem quarum vnam vocant, ichirin, nirin, ſarin, iòrin, gorin, rocurin, xichirin, fachirin, curin, *& ſtatim eſt*, ippun, *quod eſt argentei decima pars*, fiacu me, *ſunt centum argenteos*, fiacu ichi momme, *centum & vnus*, icquan me, *mille*, jicquanme *decem mille. ſunt etiam aliæ monetæ ex ære, quarum annumeratio, fit poſtpoſito*, mai, *vel* mon, *numeralibus: v.g.* ichi mon, *vna ex illis monetis*, nì mon, *duæ* ſan mai *tres centum vero exiſtis monetis faciunt nondum dimidium argenteum; mille vero ex-*

præ-

Digitized by Google

prædictis monetis vocant, icquan, jicquan, *verò decem mille &c.*

Còreua ica fōdo ni ſuru, *quantum valet hoc vel*, ica ſōdo ni vru, *quanti pretij eſt & venditur?* ni momme ſuru, *decem argenteos valet*, ni mòmme ni iàſui, *plus duabus dragmis vendi poteſt: vel duabus dragmis ſi vendatur eſt vile.*

Annumeratio menſurarum tam rerum liquidarum, quam non fit poſtpoſito, xô, *numeralibus ad faciendam menſuram modij: v. g.* ixxo, *vna*, nixo, *duæ*, ſango, *tres. decem verò dicunt*, itto, *poſtpoſito*, to, nitò, *viginti*. ſando, *triginta. vnam vero dicunt*, ittò, *quã diuidunt adhuc in decem partes, quarum annumeratio fit poſtpoſito* go, *numeralibus v. g.* ichĩgo, *vna*, nĩgo, *duæ*, ſango *tres*, ixxô gõgo, *una menſura & dimidia ex menſura*, fatto, *octoginta menſuræ exiſtis. centum verò dicunt*, ichi cocu, *poſtpoſito* còcu, *numeralibus*, ni còcu, *ducentæ*, ſangocu, *trecentæ* jiccòcu, *mille*, xèngocu, *decem mille*, ichi mangocu, *centum mille.*

Annumeratio menſuræ ſtatuum hominis fit poſtpoſito, fitò, *numeralibus*, iomi, *v. g.* fitò firò, *vna*. futa firò, *duæ*, jippiro, *decem. menſuram verò palmorum faciunt poſtpoſito*, xacu, *numeralibus*, coie, *v. g.* ixxacu, *vnus palmus ſeu tertia quam Hiſpani vocant ſanjacu*, *tres*, goxacu, *vero facit vnum ſtatum qui vocatur vt dictum eſt*, ſito ſiro, *ſex vero ex menſuris quæ vocatur*, xàcu, *& eſt tertia, faciunt menſuram unam quæ uocatur*, icqen, *una*, nicqen, *duæ*, jicqen, *decem*, ſanguen, *tres. ex ſexaginta uero ex iſtis fit alia menſura quam uocant*, icchõ, *ideſt unus callis*, niccho *duo*, jicchio *decem*, ſangio, *tres. ex ſexaginta uerò tribus ex iſtis fit una leuca ſeu miliare ex miliaribus partis ſuperioris Iaponiæ, quod uocant*, ichiri, *poſtpoſito*, ri, *numeralibus*, coie. niri, *duo miliaria*, ſanri, *tria*, gòri, *quinque*, jùri, *decem*, iori, *quatuor: quia* xiri, *ſignificat culum*, ſan michi, *dimidiam leucam dicunt: u. g.* iòco tan miqi tate ichirì, *uia recta habet unam leucam; ex tranſuerſo uero dimidiam* faba icqen, *latitudo eſt ſex tertiarum* io ſo futa firo, *habet duos ſtatus in quadro.*

Numeri cardinales primus ſecundus &c. fiunt poſtpoſito, ban *numeralibus*, coie, *u. g.* ichi ban, *primus*, niban *ſecundus ad ſignificandum uerò terminum additur*, me, *prædictis: u. g.* xiban me, *quartus. fit etiam numerus cardinalis anteponendo*, dai,

nume-

Digitized by Google

numeris, coie: *u. g.* daiichi, *primus*, daini, *ſecundus*, *&c.*

Annumeratio duplicium fit poſtpoſito, bai, *numeralibus: u. g.* ichi bai, *duplum*, nibai *triplum*, ſanbài, *quadruplum*, fiàcu zōbai, *centuplum*.

Annumeratio partium ex tot una, fit anteponendo numeralia ad, bùichi, *u.g.* ni buichi, *ex duabus partibus una*, ſan buichi *ex tribus una*.

Ad decimandum uerò poſtponitur, vàrì, *numeralibus: u g.* ìchi vàri; *ex decem partibus una*, xi vàri gobu, *ex decem partibus quatuor & dimidiam*, ju buichi, *autem coincidit cum*, ichi vàrì.

Numeratio remorum arcabuſiorum & eorum quæ ſunt longa ut ligna fit poſtpoſito, chō, *numeralibus: u.g.* icchō *unum*, nichó, *duo*, ſangio, *tria*, jichiō, *decem*.

Annumeratio piſcium & lignorum ad comburendum &c. fit poſtpoſito con, *numeralibus: u.g.* ìccon, *unus* ſangon *tres* jiccon, *decem*, fiaccon, *centum*, fiacu go ju ſangon, *centum quinquaginta tres. tot prendidit Sāctus Petrus & cum tanti eſſent non eſt ſciſſum rete*.

Annumeratio foliorum papiri, uittarum argenti &c. fit poſtpoſito mai, *numeralibus: u. g.*ichi mai, *una*, cami gomai, *quinque folia papiri*.

Annumeratio tabulatorum quæ ſunt pauimenta domus fit poſtpoſito, cai, *numeralibus: u.g.* nicai, *unus*, ſangai *duo*, xicai *tres*, gocai *quatuor ſicut habent domus Matriti.*

Annumeratio uerò uaſorum et calicum quibus bibunt fit poſtpoſito, fai, *numeralibus: u. g.* ippai, *unus potus, uel unum hauſtum*, ni fai *duo*, ſanbai *tria*, jippai, *decem etc.*

Annumeratio telarum ex ſericis: u.g. et aliorum ſimilium fit poſtpoſito, tan, *numeralibus: u.g.* irtàn, *unum*, ni tan, *duo*, ſandan *tres*, jittan *decem*, xichitan bunè, *uocant nauigium quod uelo petit ſeptem*

Dicitur etiam poſtpoſito, mai, *numeralibus: u. g.* gomaì, *quinque*, gomai bunè, *nauicula quæ pro uelo petit quinque*.

Annumeratio animalium quadrupedum fit poſtpoſito, fiqi, *numeralibus. u. g.* ippiqi, *unum* nifiqi, *duo* ſanbiqi, *tria* roppiqi, *ſex* jippiqi, *decem*, fiappiqi, *centum*, xenbiqi, *mille*.

Annu-

Digitized by Google

Annumeratio imaginum, picturarum, & medicinarum fit poſtpoſito, fucu, *numeralibus: v.g.* ippùcu, *vna*, ni fucu, *duæ* ſànbucu, *tres*, roppucu, *ſex*, jippucu, *decem*; *ita annumerātur etiam acus*.

Annumeratio librarum fit poſtpoſito qin, *numeralibus: v.g.* icqin, *vna libra*, niqin, *duæ*, ſanguin, *tres*, ròcqin, *ſex*, jicqin *decem*, fiàcqin, *centum*. xenguin, *mille*‿.

Annumeratio miſſarum, & congregationum hominum fit poſtpoſito, za, *numeralibus*: *v.g.* ichi za, *vna* niza, *duæ*, ſanza, *tres*; juza, & *melius*, tòza, *decem*

Annumeratio ſaccorum orizæ, aut tritici etc. fit poſtpoſito, fiô, *numeralibus*: *v.g.* ippiô, *vnus*, ni fiô, *duo* ſanbiô, *tres*, xi fio, *quatuor*, roppio, *ſex*, jippio, *decem*, fiappio, *centum*, xenbiô, *mille*‿.

Annumeratio lignorum, arundinum, acuum, fit poſtpoſito ſon, *numeralibus*: *v.g.* ippon, *vnum*, ni ſon, *duo*, ſanbon, *tria*, roppon, *ſex*, jippon, *decem*, fiàppon, *centum*, xenbòn, *mille*‿.

Annumeratio faſciculorum fit poſtpoſito va, *numeralibus*: *v.g.* ichi va, *vnus*; ni ua; *duo*, ſanba, *tres*; jippa; *decem* júichi va; *vndecim*; ni jippa; *uiginti*.

Annumeratio onerum ſeu ſarcinarum; quas equi portant; fit poſtpoſito; sô; *numeralibus*: *u.g.* iſſô *unum*; niſo *duo*; ſanzō *tria*; jiſſo; *decem. eodem modo numerantur illa inſtrumenta quæ uocantur*; biobu; *duo enim ſeu par ex illis uocatur*; iſſô; *etc.*

Annumeratio uero eius quod uulgo dicimus mano de papel fit poſtpoſito, giô; *numeralibus*: *u.g.* ichi gio; *una* nigio; *duæ*, ſangiô *tres*; *uſque ad decem quæ fit poſtpoſito*; ſocu, *numeralibus*: *u.g.* iſſocu *decem*, *ſeu una quæ uulgo uocatur media reſma*, ni ſocu; *viginti quæ erit reſma integra cum iſta particula*; ſocu *poſtpoſita numeralibus annumerant etiam par calceorum*: *u.g.* iſſô cu; *par calceorum*.

Annumeratio ſubſtantiarum fit poſtpoſito; tai, *numeralibus*: *u.g.* ittai, *una*; nitai *duæ*; ſandai; *tres*; Deus no von tocoro va goittai de gozaru; *Deus in quantum Deus eſt vna ſubſtantia et eſſentia*‿c

Annumeratio capitulorum fit poſtpoſita cagiô, *numeralibus*: *u.g.*

Digitized by Google

v.g. iccagiô *vnum*, nicagio *duo*, ſangagio *tria*, roccagio *ſex*, fiaccagio, *centum*.

Annumeratio guttarum fit poſtpoſito, tèqi, *numeralibus: v. g.* ittèqi, *vna gutta*, jitteqi, *decem. idem fit poſtpoſito*, xizzucu *numeralibus*, iomi; *v. g.* fito xizzucu, *vna &c. debet auferri*, tçu, *a numero vt videtur*.

Annumeratio paxillorum quibus comedunt, & eorum quæ bina & bina portantur, fit poſtpoſito, tçui, *numeralibus: v. g.* itçui, *vnum par*, jittçui, *decem*.

Annumeratio ſarcinarum hominum fit poſtpoſita, ca, *numeralibus: v. g.* icca *vna*, nica *duæ*, sànga, *tres*.

Annumeratio librorum fit poſtpoſito, quan, *numeralibus: v. g.* icquan *vnus*, niquan *duo*, sanguàn *tres*, ròquan *ſex*, jiquan *decem*.

Ad interrogandum verò anteponitur, nan, *nominibus mutatis vel non literis ſicut in numero tertio: v. g.* àno mmadòmo va nanbiqi zo? *quot ſunt illi equi?*

Annumeratio regnorum fit poſtpoſito, cacocu, *numeralibus: v. g.* icca cocu, *vnum*, ni cacocu *duo*, sangacocu *tria*, jiccacocu, *decem. regna verò diuiduntur in prouincias ſeu diſtrictus quos vocant poſtpoſito*, gun, *numeralibus: v. g.* ichigun, *vna prouincia*, nigun, *duæ*, ſangun, *tres &c.*

Sermones vero & exhortationes annumerantur poſtpoſito, dan *numeralibus: v. g.* ichi dan, *vnus ſermo vel concio*, *verba vero annumerantur poſtpoſito*, gon, *vel* guen, *numeralibus: v. g.* ichĩgon *vnum*, ſanguen, *tria verba*.

Poſtpoſita particula, zzutçu, *numeralibus tam*, coie, *quam* iomi, *fit ſenſus binus, a, um, v. g.* ichinin ni vxi ſanbiqi zzutçu vo toraxeta, *vni dedit tres vaccas*, ichinin zzutçu ſaqe sànbài zzutçu vo nomarèta, *vnuſquiſque bibit tria hauſta vini*.

Ad loquendum diuiſiue duo vel tria: v. g. copulant duo numeralia: v. g. xĩgonin, *quatuor vel quinque homines, cætera ex his elicies*.

Particulæ honoris ſunt quatuor, vo, von, go, mi, *duæ primæ iunguntur vocabulis*, iomi, *vltimæ verò iunguntur vocabulis*, coie, *ſiue chinenſibus. vltima eſt honoratior & illa vtimur ad loquendum de rebus diuinis: v. g.* midexi tachi, *diſcipuli Chriſti Domini*, goichi nin vocoite cudaſarei, *mittatis obſecro vnum ex dominis*.

Verba verò quæ ſequũtur etiamſi habeant particulas honoris; habent ſe tamen ex parte loquentis; honorem verò important inquantum perſonam cum qua loquimur vel de qua loquimur attingunt: v.g. go ſocô, *quod ſignificat ſeruitium*, von furu mài, *quod eſt conuiuium*, von cotôba, *quod eſt verbum ſeu ſermo*, von monô gatàri, *quod eſt conuerſatio*, von natçucaxij, *vel* von nocori vo voi, *habere quod Luſitani vocant ſaudades vel Hiſpani cariño,* von tòri auaxe, *quod eſt interceſſio*, von mi mai, *quod eſt viſitatio*, von chà, *quod eſt quidam potus quo inuitant*, go dancô, *quod eſt conſultatio ſeu congregatio ad conſilium capiendum*, von rei, *quod eſt gratiarum actio*, von buſata, *quod eſt defectus in vrbanitate*, vomòtenaxi, *quod eſt bene & laute tractare*, go chiſo, *quod eſt æſtimatio*, go iqen, *quod eſt conſilium v.g.* fabacari nagara go iqen vo moxitài, *& ſi ſit inuerecundum & indecens volo tamen conſilium tibi dare &c.*

Aliquæ regulæ coniugationum in ſcriptura librorum.

A*Liquando fit verbum affirmatiuum cum præſenti negatiuo ſupra poſito; ablato* u, *in quo finitur: v.g.* oracio vo tçutomen tòqi va, *quãdo habeo orationem*, xòſa vo tçutomèn tàme ni va, *ad exequendum opus*, michĩ biqi tama van to voboxi mexi, *ad illum deducendum &c.*

Ad futurum affirmatiuum additur particula, bèqi, *affirmatiuo ſuprapoſito ablato*, ru, *& ad futurum negatiuum additur*, bècarazu, *affirmatiuo: v.g.* mòſu beqi, *dices*, mòſu beqarazu, *non dices. ſi vero oratio finitur in futuro*, bèqi, *conuertitur in* bexi.

Infinitiuum futuri fit addito, còtò, *futuro: v.g.* iòmu bèqi coto, *ſubiunctiuum fit poſtpoſito*, qerẽba, *radicibus verborum v.g.* ſugure qerẽba.

Gerundium in do fit poſtpoſito, te, radicibus: v.g. qiqi tamaite.

Verbum ſubſtantiuum in ſcriptura librorum eſt, nàri u *&* qeri u, *& ſi in illo finitur oratio eſt in radice: v.g.* ſadàme naqi io no ixei nari, *eſt dignitas mundi qui non habet ſtabilitatem.*

Præteritum eſt poſtpoſito, ari, u, *radicibus: v.g.* sũguretaru,

Digitized by Google